3860

quietat emittit et liberam facit. in seriptione ejusmodi Censurae effectu relinquendo cassat annihilat mortificatque perpetuo ac debonis Conde reddit.

Eiusdem Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransceensibus persona liter compares Nobilis Andreas ot Lauli Kosko Nomine Nobilis Marianna Puszynska Conjugis suae a qua pacem de rato et grato in forma uberi plenissima cavet sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilis Laurentius olim Joannis Puszynski Socerum competentem ipsam Mariannam Puszynska filiam de bonis & bonis suorum suis paternis maternis tam in paratis pecuniis quam et rebus aliis ex dote eius sufficit et exclusit ideo ipsum quietat emittit et liberum facit bonisque omnibus paternis et maternis abrenunciat perpetuo parens

Proszynska Dotalium.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceen. personaliter Comparens Nobilis Andreas ot Lauli Kosko sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilis Marianna filia Nobilis Laurentij Puszynski Conjugi sua legitima in dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in bonis Kosky Nobilis et alibi ubivis existentium se quovis modo acceptis et concernentibus paternorum maternorum obligatorum quorumcunque nunc habitorum et in posterum favente divina Clementia habendorum et acquirendorum videlicet in agris hortis agris pratis campis sylvis nemoribus rubetis pecoribus pecudibus vestibus vestimentis pecuniis paratis aedificijs utensilibus parvis et magnis totaque substantia et suppellectili domestica. Summam septuaginta sexagenarum polon. dotis et Alium Summam decem sexagenarum polon. ad totalicij inscribit reformat assecurat, dotalicia ad dotalicia atque moreationem dotaliorum et reformationem hoc in Regno poloniae observari solitorum per personalem suam recognitionem in praemissis mediante.

Sasin Choinsky Debita.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceen. personaliter Comparens Nobilis Joannes olim Mathiae Choinsky sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Simoni et Valentini Sasin de Lichnacki [illegible] eorum successoribus teneatur estque debitus Certi veri et liquidi debiti mutui atque pecuniae Summam septem florenorum polon. hinc et ab actu praesenti pro festo sancti Stephani protomartyris proxime futuro parata pecunia se de bonis suis omnibus idem recognoscens cum posteris suis praedictis Creditoribus solvere et refundere realiter ac effective restituere aut circa acta officij praesentis reponere et relinquere reponendam relictam [illegible] se rursus ab officio eodem non recipere nec modo quovis arestare aut officere ubique sub vadio similiter aliorum septem florenorum polon. in casu post tempus praefixo non solutionis ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti in primis terminis Ter. minis peremptorie stare parere respondere providendo et summae effectualiter satisfacere. Juribus ad diversum universis remedijs se in abscribendo et abrenunciando.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceen. personaliter Comparens Nobilis

Stanislau